

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Iniuria e
cum fonte primo

Tunc illata uicia bene
toleramus cum in secreto mentis
ad mala perpetrata recurrimus. Leue
quippe uidebitur quod iniuria
percutimur dum in actione nostra
conspicimus quia peius est
quod murmuremur. Sic quod fit ut
contumeliis gracia magis quam ira
debeatur quarum interuentu Deo iudice
pena grauior declinari posse confiditur.

Gregorius libro XXX. moralium.

Tunc enim illata conuicia bene
toleramus, cum in secreto mentis
ad male perpetrata recurrimus. Leue
quippe uidebitur, quod iniuria
percutimur, dum in actione nostra
conspicimus, quia peius est
quod meremur, sicque fit, ut
contumeliis gratia magis quam ira
debeatur, quarum interuentu Deo iudice
poena grauior declinari posse confiditur.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 30,
10 (CCSL 143B, M. Adriaen ed.,
pp.1517-18, ll.80-86).